

P. VIRGILII MARONIS
G E O R G I C O N

A D
C. CILNIUM MÆCENATEM
LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

CONTINET hic liber propositionem totius operis, ejusque divisionem quadruplicem. Tum sequitur Dorum invocatio, quoique rusticae praesident rei, quos inter Octaviano Caesari locus tribuitur: novo sane illis temporibus adulatiois exemplo; quo deinde Lucanus in Pharsalia, & Statius in Thebaide, ad laudem Neronis & Domitiani immodestius abusi sunt. Atque haec exordium comprehenduntur. Liber vero ipse sex habet partes. I. Multiplicem agri colendi rationem, juxta variam ejus naturam. II. Agriculturae originem. III. Agricolarum instrumenta. IV. Rusticorum operum tempora. V. Tempestatum prognostica. VI. Digressionem ad varia prodigia, quae sedem Julii Caesaris aut praecesserunt, aut subsceuta sunt. Denique Epilogi loco, Deas pro incoluntate Octaviani, & pro salute populi Romani precatur. Tamen ex iis, aliorumque librorum praecipuis, non pauca observare contrario usi posteriorum temporum, nostrorum imprimis, quae multa, ut artibus caeteris, ita huic quoque addere.

QUID faciat letas fegetes: quo fidere terram
Vertere, Mæcenas, ulmisque adjungere vites
Conveniat: quæ cura bonum, qui cultus habendo
Sit pecori, atque apibus quanta experientia parcis,
& Hinc caetera incipiam. Vos, o clarissima mundi

INTERPRETATIO.

O Mæcenas, ordo scribere deinceps, quoniam res officia menses copiosas; quo tempore oportet arare tellurem, & vites alligare ulnis; quæ sit cura bonum; quæ diligentia sit necessaria, ut habeatur pecus; & quanta industria, ut alantur apes frugales. O vos mundi splendissima sidera

NOTE.

1. Quid faciat.) Quatuor his versibus distinguitur cultura quadruplex, terræ, arborum, pecorum, apum: quæ singulari singulis libris explicantur: estque partitio totius operis.
3. Qui cultus habendo &c. Ibi supprimitur, aptus, par, necessarius, aut aliquid simile, quod dativum regat; ut apud Cicer. ad Att. l. 13. Ep. 10. Sobolendo non erat: Apud Plin. Radix est nascendo.
4. Apibus quanta, &c.) Præter interpre-

tationem jam traditam afferri potest hæc altera: Dicam quæ sit apum experientia, prudentia, ingenium, ars quaedam, non usum quidem comparata, sed ingenita.
5. Clarissima mundi Lumina, Liber, &c.) Liberum & Cererem appellat mundi lumina, annique doctores. Vel quia præsidet & rectores habentur messis & vindemiæ, quæ præcipue sunt anni partes, & præcipua mundi ornamenta, unde cibus hominum & potus

exi-

GEORGICA. LIB. I.

69

Lumina, labentem caelo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres; vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista,
Poculaque inventis Achelœia miscuit ovis:
20 Et vos, agrestum præsentia nomina Fauni,
Ferte simul Faunisque pedem Dryadesque puellæ:
Munera vestra cano. Tuque o, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridentis,
Neptune; & cultor nemorum, cui pinguis Cæx
25 Ter centum nivei toadent dumeta juvenci:
Ipse nemus linquens patrium, saltusque Lycæi,
Pan ovium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis o Tegeæ favens: oleæque Minerva
Inventrix, unctique puer monstrator aratri:

20 Et

sidera, quæ præsidetis anno currentis per caelum: Bacche, & Ceres nutritrix hominum: si homines vestro beneficio reliquerunt glandes Dodonæas pro frumento pingui, & miscuerunt aquam Achelœi cum vino reperto. Et vos, o Fauni, Dei propitii rusticis: adesse, o Fauni, una cum Dryadibus Nymphis. Cantio vestra dona. Et tu, cui terra adhuc recens produxit equum ferocem, icta magno tridente, o Neptune: & tu, qui coluisti loca silvestria, qui recentis boves candidi carpunt frustes fertiles insulas Cæx. Tu ipse, o Pan Tegeæ, protector ovium, si curas Mænalum tuum, adesse propitius, relinquens nemus patriæ & silvas Lycæi: Et tu, o Pallas, repetrix olivæ: Et tu, o puer, auctor unci aratri.

NOTE.

existit: Vel quia per eos Lunam & Solem poetæ, cum lis inter eum & Minervam orta esset de tribuendo Athenis nomine, placuisseque Diis, non Liberum & Dionysium dumtaxat, sed & Jovem, & Martem, & Mercurium, & Herculem ipsum esse. Liberum vero dici, quod lebere vegetetur. Lunam item addit, ipsam esse Cererem: Cujus nomen aliqui deducunt a creando, quod ad rerum productionem plurimum valeat. De Libero, Ecl. 7. 58. De Cere, Ecl. 5. 79.
8. 9. Chaoniam glandem, &c. Achelœia pocula, &c.) Species pro generibus: primi enim hominum glande ad passum, aqua ad potum usi sunt. Celebris autem fuit inter silvas glandiferas Dodonæa, in Epiro sive Chaonia: de qua Ecl. 9. 13. Sicut inter fluvios Achelous in Ætolia; sive quia primus e terra erupit, sive quia ejus in ripa primæ vineæ sunt conficit ab Oenoco Stoliæ Rege, qui ex uva a Staphylo patre suo reperta liquorem expressum, Libero patri, apud se tam divertanti, cum obtulisset, ab eodem colendæ vitis accepti modum.

10. Fauni,) in argumento Ecl. 6.
11. Dryades,) Ecl. 2. 46.
12. Primatellus,) Vel recens formata. Vel litoralis, quomodo G. 2. 44. Primi lege litoris oram. Vel Attica, quia Atheniensis hominum se primos & antiquissimos esse jactabant.
14. Neptune,) Fuit Opus & Saturni filius, Jovis & Plutonis frater, cui in mundi divisione maris imperium obtigit. Uxorem habuit Amphitriten Nerei vel Oceani filiam. Equos domuisse primus dicitur: unde fabulantur
17. Tua si vili, &c.) Sensus est: si curas Mænalum, Lycæum, & reliquos Arcadiæ tuæ montes, & silvas, loca illa nunc relinquere, ut mihi de re partioris, & arborea dicenti præsens adsis: his enim locis & honorificus & utilis erit sermo meus. De Pan: Ecl. 2. 31.
18. Tegeæ,) Non Tegeæ, ut quidam leunt. Constat enim Tegeæ urbs Arcadiæ, Pani sacra, brevibus syllabis, Tegeæ: unde adjectivum Tegeæus.
19. Unctique puer, &c.) Vel Ofiris, a puto Ægyptios aratri inventor, vel potius Tripto-

- 20 Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum.
 Diique Deæque omnes, studium quibus arva tueri;
 Quique novas alicis nonnullo femine fruges,
 Quique satis largum cælo demittitis imbrem.
 Tuque adeo, quem mox quæ sint habitura Deorum
 25 Concilia, incertum est, urbifque invifere, Cæfar,
 Terrarumque velis curam: & te maximus orbis
 Auctorem frugum, tempeftatumque potentem
 Accipiat, cingens materna tempora myrto:
 An Deus immenfi venias maris, ac tua nautæ
 30 Numina fola colant: tibi ferviat ultima Thule,
 Teque fibi generum Tethys emat omnibus undis:
 Anne novum tardis fidus te menfibus addas
 Qua locus Erigonen inter, Chelafque fequentes
 Panditur: ipfe tibi jam brachia contrahit ardens
 35 Scorpius, & cæli juffa plus parte reliquit.
 Quicquid erit; (nam te nec fperent Tartara regem,

Nec

Et tu, o Silvane, portans a radice teneram cupressum. Et vos, o Diæ & Deæ omnes, qui habetis curam protegendæ agrorum; seu qui sustentatis novas fruges alicuius semine: seu qui effunditis e cælo plurimam copiam in segetes. Et tu præcipue, o Cæsar, quem dubium est quinam cæus Deorum deinde accepturi sint: an velis perlyfere urbes, & lulcipere curam terrarum; an totus orbis agnofcat te parentem frugum, & reftorem temporum, coronans tuum caput myrto matris tuæ; an e vadæ Deus vasti æquoris, & nautæ adorient tuam folam potentiam, tibi que Thule ultima infularum pareat; & Tethys te comparet fibi generum omnibus aquis. An vero te adjuvans quali novam afram pigris menfibus, qua patet spatium inter Virginem & brachia Scorpii illam fequentia. Ipse Scorpius ardens jam contrahit pro te brachia, & cæstit tibi de cælo plus quam juffam partem. Quicquid Deus erit, (nam neque inferi fperent te fibi regem,

N O T E.

lemus, Cælei Eleufine urbis in Attica regis filius: quem adhuc puerum nutritivæ Ceres, apud patrem excepta hofpitiæ, dum Proferpinam inquireret; eum deinde grandiozem factum agriculturam edocuit; impofitumque fuo curru, quem alati ferpentes trahebant, milit per totum orbem, ut ufum frumentorum hominibus indicaret. Eleufini incolæ, beneficii memoris, Cæleri facra inftituerunt.

20. Silvane, cupressum.) Ob memoriam Cypariffi pueri: qui Silvano, aut juxta alios Apollini dilectus, cum ex dolore occifæ afæ per errorem cervæ, quam habebat in deliciis, extrahiffet, ab amatore Deo in cupressum arborem eff converfus. De Silvano Ecl. 10. 11. 22. Quique novas alicis, &c.) Sensus est: Vel qui juffa ab hominibus frugum fe mina, occulto quodam femine, pluvia, rore, alicis; juxta Servium. Vel qui novas fruges, novo aliquo invento femine, producit, juxta Cerdanum. Vel qui fingulas frugum fpecies confervatis, relicto femper aliquo femine, in confequentem annum fuperfite, quo renoventur. Legit N. Heinfius, non ullo femine; & fensus hic euf potest. Qui novas fruges produxit primam fine ullo femine.

25. Urbine invifere, &c.) Multi urbis agnofcunt in genitivo cafu. Sed vix puro Latine dici, invifere curam urbis; & præterea Probus Valerius apud Gellium l. 13. 20. urbis

est vult in accusativo cafu, pro urbes: & utrumque fuiffe olim in ufu, ut turrim & turrim. Unde & plerumque legitur urbes, antcipiti pronuntiatione. Igitur urbes, vel urbis in accusativo accipio, hoc fenfu, an velis curam terrarum, & invifere urbes. Quod ne barbæ diftum lupiam videatur, armabitur hac Horatii locutione plane fimili, Od. l. 1. 2. 49. Hic magnos potius triumphos, hic ames dicit pater atque princeps.

28. Materna myrto.) Dicata Veneri, matri Ænæ; unde genus ducis. Ecl. 9. 46. De Myrto, Ecl. 2. 54.

30. Thule.) Terrarum ultima, quas antequi noverint, & maxime feptentrionalis verius occidentem. Oretelius putat esse traicum illum Norvegiæ, quem incolæ Etemark appellunt. Gambdenfæ Schetlandiæ infulas Oceani Caledoniæ, fub ditione regis Daniæ, quas nautæ dicunt Thyleafel. Cæteri Islandiam, ejuſdem ditionis maxime borealem infulam; ubi mons est nive perpetua opertus, flammis ætuans.

31. Tethys emat.) Tethys Ecl. 4. 32. Allufum putat Servius Daniæ ad ritus Romanos, juxta quos conjugia tribus fiebant modis, vel farre, & coemptione, ufu, cum aliquo tempore fimul conjuges fuerant; farre, cum per Flaminem Dialem aut Pontifice, fparfo farre five mola falſa, conjungebatur; coemptione, cum fe fub certa verborum formula interrogabant, vir muliere, an

sibi

- Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
 Quamvis Elyfios miretur Græcia campos,
 Nec repetita fequi curet Proferpina matrem:
 40 Da facile cursum, atque audacibus annue ceptis:
 Ignaroſque via mecum miferatus agrefteſ,
 Ingredere, & voris jam nunc affueſce vocari.
 Vere novo, gelidus canis cum montibus humor
 Liquitur, & Zephyro patris te gleba reſolvit,
 45 Depreſſo incipiat jam tuum mihi taurus aratro
 Ingemere; & fulco attritus ſplendefcere vomer.
 Illa feget demum votis reſpondet avari
 Agricoltæ, bis quæ ſolem, bis frigora fenſit:
 Illius immenſæ rupeſunt horrea meſſes.
 50 At prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor,
 Ventos & varium cæli prædicere morem
 Cura fit, ac patrios cultuſque habituſque locorum:
 Et quid quæque ferat regio, & quid quæque reculet.

Hic

neque tam inſana cupiditas regnandi veniat tibi; eſt Græcia admiretur campos Elyfios, eſt Proferpina non curet ſequi matrem, a qua reſoſcitur) Præbe iter facile, farre conſiſtiſ audacibus; & ingredere mecum viam, miferatus ruſſicos inſtos via, & jam nunc affueſce invocari per vota. Principio voris, cum humor mofuſ liqueſcit & montibus candidis, & gleba emollita diſſolvitur Zephyro: tunc ſcintillam aratro alto impuſſo incipiat mihi taurus gemere, & vomer ſcilandò tritus fulgere. Illa tandem feget complet deſideria cupidi agricoltæ, quæ lis æſtatem, & bis hyemem paſſa eſt: ampliffima meſſes illius agricolæ rumpunt borrea. Sed antequam ærem ferro campum incognitum, cura fit præſſe ventos, & diverſam call rationem, & propriam culturam, natuſamque terrarum: & quid quæque regio producat, & quid unaqueque neget.

Hic

N O T E.

fibi materfamilias eſſe vellet; uxor virum, utrum ſibi patrifamilias eſſe vellet, &c.

32. Tardis te menſibus addas. Aftivis menſibus ſuccedat, in locum Libra, inter Virginem & Scorpium; id eſt, in menſem Septembrem.

Tardis vocat mentes aftivos, quia dies menſium illorum longiores ſunt, & mora Solis in horizonte diuturnior. Unde menſes ipſi, quamquam reipſa non pigriores cæteris, tamen hominibus, qui die præſertim inter fe agunt, longiores dici poſſunt. Adde quod civili ditione, dies quilibet duodecim in horas dividitur ab ortu Solis ad occalum; nox item duodecim in horas, ab occatu Solis ad ortum. Unde fit ut aftivæ horæ per diem hybernis multo ſint longiores, pro noctem breviores: Contra hyeme, diurnæ breves, nocturnæ longiores. Sic Marciali Ep. l. 12. 1. Hora nec aftiva eſt, id eſt, longa. Et Plaut. in Pſeud. Scena ult. Credo equidem poteſſe ſe, ſcelus, Maſſici montis uberimos quatuor fructus ebibere in una hora. P. hyberna addito, id eſt, brevi.

33. Erigonen.) Icarum filiam, quæ cafum patris, a temulenta paſſorum Atticorum turba occiſa, tam graviter tulit, ut laqueo ſibi vitam ademerit. Ob pietate a Diis in cælum tranſlata, & Virgo dicta. Ita Hyginus. Quamquam alii ſignum illud Aſtræam putant, de qua Ecl. 4. 6. Chelafque fequentes.) Veteres diu Libram ſignum ignoraverunt, medium inter Virginem & Scorpium: unde Chelæ, id eſt, forficæ & bra-

chia Scorpii, dicit poeta poſt Virginem ſequi. Itaque Libra loco, Scorpium in ſexaginta dividebant gradus. Ovid. M. 2. 198. Pergit in ſpatium ſignorum membra duorum.

35. Juſta cæli, &c.) Cedit tibi ex ea parte, quam hæſtens pluſquam juſtam ac ſibi debitam obtinuit. Vel, Cedit tibi pluſquam juſtam cæli partem; id eſt, pluſquam opus fit, ut commode ſedeas; nempe locum Libræ. Hæc locus Octaviano aſſignatur, ex Joſ. Scaligeri mente, quia natus eſt principio Libræ, ſcilicet 9. Kal. Octob. De Tartaro, G. 4. 482. De Elyſiis campis, Æn. 6. 638.

39. Proferpina.) Jovis & Cæreſis filia, a Platone rapta, a matre diu quaſita, & reperta impetravit a Jove, ut quotannis ſex menſibus apud ſuperos, ſex apud inferos degeret. Ait tamen poetæ eam Elyſii deliciis capi, ut parum ſuperos curet.

43. Vere, &c.) I. PARS. De agri colendi variatione. Cujus I. Præceptum eſt, De prima aratione. De Zephyro, Ecl. 5. 5.

48. Bis quæ ſolem &c.) Novalis, five veruſſimum intelligit; agri ſcilicet qui primo vere æſtus, id eſt, aratus, tota quieſcit æſtate; tum ſub finem autumni, five veris conſequenti initio, ſementi paratur; ac deinde ſecunda æſtate fruſtum fert; unde bis æſtatem, & bis hyemem patitur.

50. At prius, &c.) II. Præceptum. De agnitionum ignoraverunt, medium inter Virginem & Scorpium: unde Chelæ, id eſt, forficæ & bra-

Æn. 2. 780.

56. Imo-

Hic fegetes, illic veniunt felicius uvæ:
 55 Arborei fetus alibi, atque injusta virescunt
 Gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
 India mittit ebur, molles sua thura Sabæ?
 At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
 Castorea, Eliadum palmas Epirus equarum?
 60 Continuo has leges æternæque fœdera certis
 Imposuit Natura locis, quo tempore primum
 Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem:
 Unde homines nati, durum genus. Ergo age, terræ
 Pingue solum primis exemplo a mensibus anni
 65 Fortes invertant tauri: glebasque jacentes
 Pulverulenta coquat maturis solibus æstas.
 At si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum
 Arcturum tenui fat erit suspendere sulco:
 Illic, officiant læcis ne frugibus herbae;
 70 Hic, sterilem exiguis ne deserat humor arenam.
 Alternis idem tonas cessare novalis,
 Et segnem patiere situ durefcere campum.

Aut

Hic fegetes nascuntur fertillius, illic vites: alibi fructus arborum, & herbae sponte vivunt. Nonne vides, quemadmodum Tmolus mittit ad nos crocum odoratum, India ebur, delicati Sabæ suum thura? At nudi Chalybes mittunt ferrum, & Pontus graveolentes castorum testiculos, Epirus optimas equarum Olympicarum. Natura imposuit certis locis has leges, & hac pacta perpetua, statim ab illo tempore, quo Deucalion projecit saxa in mundum desertum: unde orti sunt homines, quod est durum genus. Eia igitur, statim a primis mensibus anni, voluisti tauri arca pinguem terram plantem: & æstas sicca torreat glebas inertes roboramenti Sole. Sed si terra non sit pinguis, inficitur eam perstringere loci sulco, circa ortum Arcturi. In illa terra hoc facies, ne herba nocent frugibus fertilibus; in hac, ne modicus humor desituit infuscandam terram. Tu idem permittes, ut novalia demissa requiescant alternis annis, & ut ager inutilis indurefcere otio.

N O T Æ.

56. Tmolus odores. Mons Phrygiæ magna in confinio Lydiæ: vini ferax, juxta Virgil. G. 2.
 58. item croci, juxta Solinum c. 53. Unde per croceos odores aliqui vinum intelligunt odoris crocei: alii melius, crocum ipsum, & Zaffirano.
 57. India mittit ebur. Alia regio amplissima, ad occidentem Indo fluvio; ad orientem Serotem fluvio; ad meridiem Oceano Indico terminata; ad Septentrionem Emodis montibus, quæ Tauri pars est, a Scythia separata: Gange fluvio in duas divisa partes; regnis hodie plurimis distincta. Elephas alit Libycis multo majores, unde ebur, qui dens est Elephantinis, in India celebre.
 Thura Sabæ. Arabia Felicis populi: molles dicit, vel propter aeris clementiam, vel propter odorum copiam. Eorum enim divitiæ balsamo, ead. myrrha, cinnamomo, thure præferunt constant, quod ex arbutulis insular lacrymæ guttatim fluit. Apud eos ex Plinio l. 12.
 58. Chalybes nudi ferrum. Natio, vel Pontici, ad Thermodontem fluvium ex Strabone: vel Hispanica, ad Chalybem fluvium ex Justinio: ferri fodinis celebrata: unde chalybis dictum est purissimum optimeque temperatum ferrum.
 59. Castorea. Castor sive fiber, canis est Pon-

ticiens: ita dicitur quod in Ponto frequentissimus: hujus mensuris medicos in usus expectant: idcoque ubi se requirit sentit, ut vitæ consulat, eos avellit morfu, & venatoribus permittit. Quod tamen merito plerique falsum existimant. Castorea sunt castoris testiculi. Virosa dicuntur: vel a virtute, quia ad medicamenta adhibentur: vel a vitæ, quod mediæ significationis vocabulum est, ut est vitæ; & modo bonam, modo malam in partem format: in bonam apud Stratum Silv. l. 1. 104. Omne benignæ vitæ, odoriferis, Aratum quod dicitur in arvis, &c. in malam passim apud reliquos. Hic itaque gravem odore significat, qualis tribuitur a Plinio castoreis.
 Eliadum palmas Epirus equarum. Epirus, olim regnum, sita inter Ionium mare, Thessaliam, Macedoniam, & Achaiam: dicta subindam, Albantia inferior, equorum ferax. Elis, sive Elis, regio Peloronnæi maritima, inter Achaiam, Messeniam, & Arcadiam. Cujus urbes præcipuæ Elis, ad Penet; & Olympia in agro Pisio, ad Alpheum fluvium, Jovis Olympii templo, ludisque memorata, de quibus G. 3. 49. Equarum dixit, quia eas aliquid purant equis esse velociores. Palmas equarum, id est, equas viarices in Olympicis cursu: quomodo Æn. 5. 339. Nunc tertia palma Dioces, id est Dioces tertius victor.

Aut ibi flava feræ mutato fidere farræ,
 Unde prius lætum siliqua quassante legumen,
 75 Aut tenues fetus viciæ, trifolique lupini
 Suffuleris fragiles calamos, silvamque sonantem.
 Urit enim lini campum seges, urit avenæ:
 Urunt Lethæo persusa papavera fomno.
 Sed tamen alternis facilis labor: arida tantum
 80 Ne saturare fimo pingui pudeat sola; neve
 Effictos cinerem immundum jactare per agros.
 Sic quoque mutatis requiescunt festibus arva;
 Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.
 Sæpe etiam steriles incendere profuit agros,
 85 Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis:
 Sive inde occultas vires & pabula terræ
 Pingua concipiunt: sive illis omne per ignem
 Excoquitur vitium, atque exfundat inutilis humor;
 Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat
 90 Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas:
 Seu durat magis, & venas adstringit hiantes:

Ne

Vel saltem converso anno seminis frumenta siccantia, illic, unde collegeris antea copia legumina folliculis strepentes, aut parva grana viciæ, aut tenues stipulæ & manipuli crepitanes lupini amari. Nam seges lini exsiccat agrum, exsiccat quoque seges avenæ, exsiccat papavera conciliantia somnum obliviosum. Aiamen alternis annis facile erit ea ferere: modo ne pigeat facundare terram pingui seriore, & ne pigeat spargere fædos cineres per arva exhausta. Ita etiam agri quiescunt variatis segetibus: & interim terra, quæ non arata fuerit, non caret utilitate. Sæpe etiam vitiæ suis accendere agros infuscandos, & cinerem leves calamos igne crepitanes: sive quia terra sumit inde societatem virtutem, & pingue alimentum: sive quia omne ejus vitium igne consumitur, & humor nimis exsiccat: sive quia calor ille agri plures meatus & clausa spiracula, per que succus insuat in plantas novæ: sive quia ille calor magis indurat terram, & comprimit rimas apertas.

N O T Æ.

62. Deucalion.) Ecl. 6. 41.
 64. Primis mensibus anni.) Januario & Februario. Nec obstat, quod præceptum prius, Vere novo. Sic enim Columella l. 9. 2. Neque novis veris principium sic observare rusticus debet, quemadmodum abrogatus: sed aliquid certam sumat de parte hyemis, quoniam consumpta bruma jam intercepit annus, permittitque clementior alit opera moliri.
 66. Maturis solibus Dioces, vel Solis ardentibus annis, pro aratro maturantibus.
 68. Arcturum.) Arcturus stella est primæ magnitudinis in signo Bootæ, prope caudam uris majoris: unde nomen habet ab ægypti uris & eia cauda: novis tempestatisque portendit ortu & occasu suo. Monet Virgilius, ut sterilis terra leviter aretur sub ejus exortum coisum: qui contingit juxta Columellam, circa 5. Septembris: juxta Plinium, circa 12. ejusdem mensis. Nunc tamen multo tardius, nempe non nisi initio Octobris. Exoriri autem stella dicitur coisice, cum ascendit supra horizontem nostrum orientalem, eodem momento, quo Sol ipse.
 71. Alternis idem, &c. III. Præceptum inculcat, De novalione agrorum, sive alterna cessatione. Quæ lex si propter soli angustias servari non possit, monet ne continuus annis frumenta ferant, sed alternis frumenta & legumina læ-

viora: qualis viciæ, aut lupinus. Consulit tamen, ut a lino, & avena, & papaveribus ibi ferendis abstineant, nisi agri copia sterocratione reparentur.
 73. Farræ.) Far, purissimum & optimum frumenti genus.
 74. Siliqua quassante legumen.) Siliqua, folliculus, involucrium seminis. Quassante.) Active, pro quassata, nimirum a vento, cuius impulsu siliquæ crepitant. Sic Æn. 1. 238. Polveribus annis, pro volutis. Legumen.) Fruges, quæ non fecantur, sed manu leguntur.
 75. Viciæ, trifolique lupini.) Viciæ, legumen minutis & nigricantibus in siliqua granis. Viciæ.) Lupinus, aliud legumen, lupino, cuius feminæ sapore amarissima, unde trahit dicitur.
 78. Lethæo.) Oblivioso, a fonte inferorum Lethæ, cuius undæ epotæ rerum omnium oblivionem inducunt; a Næto, obivoto. Æn. 6. 323.
 80. Ne saturare, &c.) IV. Præceptum est, De sterilitatis remediis, quæ tria præcipue sunt, sterocatio, cinerum jactatio, glebarum cum stipulis incesio.
 86. Sive inde, &c.) Quatuor causas profert lupus incendit. Ut terra novum inde alimentum concipiat, ex eorum philosophia, qui omnia ex igne dicebant procreari. Ut noxius humor exsicceretur. Ut densitas terræ relaxetur. Ut ejusdem raritas adstringatur.

- Ne tenues pluviz, rapide potentia Solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Multum adeo raris glebas qui frangit inertes,
95 Vimineasque trahit crates, juvat arva; neque illam
Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo:
Et qui, proficisso quæ fuscitat æquore terga,
Rursus in obliquum verso perumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.
100 Humida solstitia atque hyemes orate serenas,
Agricola: hyberno lentissima pulvere sarra,
Lætus ager. Nullo tantum se Myiæ cultu
Jactat, & ipsa suas mirantur Gargara menses.
Quid dicam, jacto qui semine cominus arva
105 Insequitur, cumulosque ruit male pinguis arenæ?
Deinde satis fluxum inducit, rivofque sequentes?
Et cum exultus ager morientibus æstuat herbis,
Ecce, supercilio clivofsi tramitis undam
Elicit: illa cadens rauceum per levia murmur.
110 Saxa ciet, scatebrifque arenia temperat arva.
Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus ariflis,
Luxuriam fegetum tenera depascit in herba,

Cum
ne tenues imbres, nimiosve solis ardor, vel frigus penetrans Boreæ exciset eam. Cæterum ille, qui rumpit raris glebas inertes, aut qui trahit vimineas crates super illas, valde prodest agri nec flava Ceres frustra illum aspicit ex alto caelo. Valde etiam prodest ille, qui ducto oblique aratro proficindit iterum tumores sulcorum, quos excitaverat prima arvi aratione; & qui assidue colit terram, & domat agros. O agricola, petite a Diis æstatem humidam, & hyemem siccam, frumenta copiosa sunt, & ager fertilis est, ex seclitate hyemali. Nullam aliam ob culturam sic Myiæ gloriantur, & ipsa Gargara admirantur suas fegetes. Quid dicam de eo, qui projecto semine factum agros exercet, & frangit globos terræ male compactæ? Postea inducit in agros consorsium aquam, & rivus fuerit; & cum terra explicata longius herbi arefcens, ut improbitur educit aquam ex humilitate canaliculi inclinat, illa cadens rauceum strepitum movet inter lapides atrox, & elutitivolus humectat agros aridos. Quid dicam de eo, qui, ne calami coincidant sub pondere plenarum spicarum, amputat superfluitatem fegetum, quando herbae tenere sunt,

N O T Æ.

93. Boreæ penetrabile frigus adurat) De Boreæ Ecl. 7. 51. Penetrabile passiva vox, active sumpta, pro penetrans. Sic Ecl. 10. 481. *Apicem magis fit nostrum penetrabile telum.* Adurat.) Vox tam frigori, quam calori attributa. Lucan. l. 4. 52. *Urelant montana nives.* Tacit. l. 13. Ann. *Ambrasi artus vi frigoris.*
94. Multum adeo raris, &c.) V. Præceptum, De agri complanatione. Cujus duplicem exhibet modum. Alterum per oecos vel rarios: *Arripere, o rasillo.* Alterum, per secundam aratri impressionem, qua recti sulci sulcis aliis obliquis ductis subiguntur. De Cere, Ecl. 5. 79.
100. Humida solstitia, &c.) VI. Præceptum, De exoranda a Diis commoda tempestate. Commoda autem erit, si & æstas opportunis pluviz mitigetur, & hyems siccitate frigida ac serena temperetur. Solstitia dixit, pro æstate. Vid. Ecl. 7. 47.
102. Nullo tantum se, &c.) Sensus est; Nullo cultus tantum prodest Myiæ & Gargaris fertilissimis regionibus, quantum illa cœli temperies. Myiæ.) Vel *Mæssa*, duplex: Europa, qua proprie Mæssa dicitur, inter Ma-

- Cum primum fulcos æquant sata? quique paludis
Colledam humorem bibula deducit arena?
115 Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto late tenet omnia limo,
Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ.
Nec tamen (hæc cum sint hominumque, boumque labores
Verfando terram experti) nihil improbus anser,
120 Strymonizque grues, & amaris intuba fibris
Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primique per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda,
Nec torpere gravi passus sua regna veterno.
125 Antè Jovem nulli subigebant arva coloni:
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant: ipsaque tellus
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris,
130 Prædrique lupos jussit, pontumque moveri:
Mellaque decussit foliis, ignemque removit,
Et passim rivis currentia vina repressit:

Ut
statim atque herbe æquales sunt sulcis? Et de eo, qui derivat ex terra bibula aquam illiæ colledam instar paludis? Præcipue si mensibus dubiis seruus tumefactus exundat. & undique tergit omnia limo superjecto: unde cavæ fossæ sunt madidæ tepida uliginæ. Tamen licet hominum & boum labores experti sint hæc omnia, terram excedendo: præterea malignus anser, & grues Thracis, & cichoreæ, cujus radices amarae sunt, nominib; obstant, & umbra nocet. Ipse Jupiter colende terræ voluit rationem esse facilem: & primus ex arte versavit terram, excitans cultus hominum animos: nec passus est sua regna languere tristi otio. Antè Jovis tempora, nulli agricola exercebant agros. Nec licebat quidem notare, aut definire terminis agros. Quærebant cibos in commune, & ipsa terra sponte producebat omnia, nemine exigente. Jupiter, adjuvans noxium venenum visis serpentibus, & voluit lupos voraces esse, & mare agitari, & excussit mel & foliis arborum, & occultavit ignem, & sinit vinum ubique fluens in rivis:

N O T Æ.

110. Scatebris.) Effusionibus, ebullitionibus. Scatebra est a *scato*, ut *laticæbra* a *lato*; & scato est redondo, ex plenitudine effuso; proprieque de fontibus dicitur, translative de aliis, ut *scatebram lœlissæ pontum*. Horat. Od. 4. 27. 26. *Scatec urtica plurimis rivediis*. Plin. 22. 13.
111. Quid, qui, ne gravidis, &c.) IX. Præceptum, De noxia pinguedine coerenda.
112. Depascit.) Ut calami breviores & crassiores furgant, atque adeo serendo spicæ oneri aptiores.
115. Incertis mensibus.) Veris & Autumni: quando temperies nunc suda, nunc pluvia, semper dubia est.
117. Tepido sudant, &c.) Plerique explicant de fossis agros dividendibus, quæ aquis implentur. Ego de cavitatibus, quæ pluviz impetu, aut aquæ insidentis pondere fiunt in aeris, & uliginoso sudore diu postea madent. Tepido.) Quia terra autumnali verumque pluvia inceptis, quo tempore generantur vermiculi, &c.
118. Nec tamen, &c.) Enumeratio diversarum quæ, quæ fegetibus nocent. Anser nocet, Oca: rum quia ex Colum. l. 8. 13. *Quis-*

Ut varias usus meditando extunderet arces
 Paullatim, & sulcis frumenti quæret herbas,
 133 Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
 Tunc alnos primum fluvii fensere cavatas:
 Navita tum stellis numeros & nomina fecit,
 Pleiadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton.
 Tum laqueis captare feras, & fallere visco
 140 Inventum: & magnos canibus circumdare saltus.
 Atque alius latum funda jam verberat amnem
 Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina.
 Tum ferri rigor, atque argutæ lamina feræ;
 (Nam primi cuneis hincdebant fissile lignum.)
 145 Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit
 Improbus, & duris urgens in rebus egestas.
 Prima Ceres ferro mortales vertere terram
 Instituit: cum jam glandes atque arbuta sacra

Desi-

Ut experientia observando excogitaret paulatim diversas artes, & colligeret spicas frumenti & sulcis, & exprimeret ignem oculatum & venis lapidum. Tunc primo flumina inferni arbori cavatas: tunc navas attribuiti ordinem & nomina scribitur, appellans Pleiadas, Hyadas, & lucidam usquam Lycaonis filiam. Tunc reperit est capere feras laqueis, & decipere visco: & circumdare canibus magnas saltus. Et jam alius profecti reticulum in latum fluvium, se committens alto fluxui; & alius trahit & mari retia humida. Tunc venit durities ferri, & lamina feræ hinc debentis; (nam majores dividantur cuneis lignum fissile.) Tunc variæ artes prodierunt. Magnas labor superat omnia, & necessitas urgens in rerum inopia. Ceres prima docuit homines movere terram ferro; cum jam glandes & arbuta sacra

silvæ

N O T Æ.

138. Pleiadas.) Stellæ sunt septem in collo Tauri. Sic dictæ, a *væis navio*, quia navigandi tempus indicant, cum orientantur circa æquinoctium verum, unde dicuntur Latinis a voce *Perseida*. Dicuntur etiam *Atlantides*, ab Atlante Mauritanie rege, cuius filie fuerunt, ex Pleione Nymppha. Harum nomina *Electra, Alciæ, Celæ, Sterope, Taygeta, Maia* Mercurii mater ex Jove: quæ lex dicuntur apparere, quia Deos amatores habuerunt, Septima *Merope*, quia mortali Sisypho nupit, præ pudore latere. Pleiadas hic quadrifyllabum est: apud Ov. Fast. 4. 169. trifyllabum: Pleiadas incipiunt numerus relevaræ paternos: apud Statium Sil. 1. 2. 95. etiam prima brevi. Hæc per *Ægeas hyemes, Pladumque niviosum Sidus*.
 Hyadas.) Stellæ sunt septem, in fronte Tauri. Sic dictæ ab *hæ plæ*, quia nixias creant. Latine *Succidæ*, ab eadem illa Græca voce; non a *hibus*, quam imperitorum esse opinionem ait Cicero, de Nat. Deor. 2. 111. Finguntur quoque Atlantis fuisse filie, ex Ethra matre: quæ cum Hyantem, fratrem suum, a leone interfectum insolabilem lugerent, miseratione Jovis totidem in stellis convertæ sunt; & ad pietatis memoriam, nomine fratris & imbrilera virtute insignitæ. Nomina: *Ambrosia, Eudoxa, Pæstiboe, Corone, Pleiæuris, Pytho, & Tyche*.
 Lycaonis Arcton.) *Usa*, Græcæ ætæ lignum cælestis. Duplex est, major & minor: utraque

circa polum septentrionalem, qui inde vocatur Arcticus. Major vocatur etiam *Hælice*, ad *hæz circumvolans*, quia circa polum volvitur majori circuli, quam minor. Minor vocatur *Cypselus*, a *vior canis*, & *væ cauda*; majorem nautæ Græci, minorem nautæ Phœniciæ intuebantur. Major fuit Lycaonis Arcadiæ regis filia, Callisto dicta: quæ a Jove amata, a Junone in ursam conversa est; eaque sub forma cum ab Arcade filio, quem ex Jove suscepit, prope esse occidenda, in cœlum a Jove cum eodè filio raptæ est: & ipsa quidem in sidus ejusdem nominis, filius in Boorem sive Arctophylacem mutatus est. Minor ursæ Nympha fuit e nutritibus Jovis in grati animi testimonium co-translata. De majore hic sermo est.
 141. Funda.) Revertitur est quod in antem projectur, a *fundo* dictum, inquit Servius: melius a *fundo*, ut Taubmannus suggerit. *Humida lina.*) Retia & lino contexta.
 143. Ferri rigor.) Ars indurandi ferri, & sub hæc specie artes metallice omnes exprimitur.
 146. Improbus.) Id est, juxta Servium, *magnus*: juxta Pomponium, *continuus*; juxta Ascensum, *modum nesciens*, & quasi *insatiabilis*: juxta Ramireum, *improbat*: juxta alios, *incommodus*, *importunus*, *difficilis*. Eodem omnes fere recidunt. Sic *Æn.* 12. 687. *Fertur in abruptum magno mons improbus actu*.
 147. Prima Ceres.) *Usa* v. 19. *Arbuta.*) Fru-

Deficerent silvæ, & victum Dodona negaret.
 150 Mox & frumentis labor additus: ut mala culmos
 Effret robigo, fegniq; horreret in arvis
 Carduus: intereunt segetes, subit aspera silva,
 Lappaque, tribulique: interque nientia culta
 Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.
 155 Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris,
 Et sonitu terrebis aves, & ruris opaci
 Falce premes umbras, votisque vocaveris imbre:
 Heu, magnum alterius frustra spectabis æcerum,
 Concussaque famem in silvis solabere queru.
 160 Dicendum & que sint duris agrestibus arma:
 Quæis sine nec potere feri, nec furgere messes.
 Vomis, & inflexi primum grave robur atrati,
 Tardaque Eleusine matris volentia plaustra,
 Tribulaque, trabeaque, & iniquo ponderæ rastri:

165 Vir-

silvæ descendet, & Dodona recusaret cibor. Deinde addita est frugibus materies laboris: nempe, ut noxia robigo absumeret calamos, & carduus inutilis horresceret in agris: segetes emoriuntur, succedit copia herbarum asperarum, & lappa, & tribuli; & infelix lolium, sterileque avena regnant per arva pinguis. Quod nisi & assiduis terram proscindas rastris, & terreas volaveris sonitu, & amputes falce ramos arborum ruris umbris, & præcibus obtinueris pluviam: heu, frustra videbis magnum æcerum alterius, & cogeries subvenire fami succutendo querum in silvis. Dicendum est quoque, que sint instrumenta durorum agricolarum: sine quibus segetes nec seminari, nec crescere possunt. Primum vomer, & gravis molis curvi atrati, & plaustra Cerevis matris difficile volubilia, & tribula, & trabe, & rastri magni ponderis:

Præ-

N O T Æ.

Fructus arbuti, Ecl. 3. 82. Dodona.) Silva in Epiro: supra v. 8. & Ecl. 9. 13.
 151. Robigo.) Vitii genus, quo culmi nigrescunt, nebula. Ex nebula nascitur: vel ex pluvia aut rore, cum espica non deceditur, sed Solis superventu putreficit. Hinc apud Romanos *Robigus Deus*, & *Robigalia* festa x. Kal. Maias, ad averrendam hanc pestem.
 152. Aspera Silva.) Utitur apud & pro arundinibus, *Æn.* 10. 710. *Silvæ passus arundinea*. Pro capillis, apud Juvenal. S. 9. 13. *Horrida sicæ silva comæ*. Pro leguminibus, supra v. 76. *Trisulque lupini Suisulævis fragiles calamos, silvamque sonantem*. Pro verbis, apud Cicero. De Orat. 3. 193. *silva verum & sententiarum comparanda est*. Igitur significat translativè, *opaciam malarum rerum*. Et usu venit, ut poetæ congeriem breviorum poematum, diversis carminis & argumenti, *silvas* vocarent: immo & singularim eorum unumquodque *silvam*. Tales habemus Statii Papii *silvarum* libros quinque.
 153. Lappaque, tribulique, &c.) *Lappa*, *lappa*: herba capitula ferens hamis aspera, quæ vesibus prætereuntium adherent. *Tribulus* herba item spinosus aculeatis, Italice *tribolo* sortis dicitur spinosa. *Lantium*, *Exzæno*, *leglio*. *Nientia culta*.) Loca culta, & pinguis: intereunt nientia cultur vulgo quæ pinguis sunt. *Pari* forma dicit infra v. 393. *Aperta segetes*, id est, spatia aeris serena & aperta.
 157. Umbras.) Ramos: sic infra v. 191. *At si luxuria solitorum exuberat umbra*.
 160. Dicendum & c.) III. PARS. De rusticis instrumentis. Aratrum, atrato. Vomus vel vomer, ferrum aratri terram secans, *vomer*, *plautrum*, *tratio*. Tribulum, tabula sacro asportata, quæ terebantur fruges: nam sine nomine, Trahea, vel traha, genus vehiculi sine rotis, *vægia*. Rastri, in plurali *rastri* vel *rastra*, ferreis aut ligneis dentibus armatum, *Virgea supellex*, *paneriti* viniculi. Crates, *graticio*, ex arbuti arbore contexta, *Ecl.* 3. 82. Vanus, cribrum vel ventilabrum frumentarium, *crivello*.
 162. Græve robur atrati.) *Robur*, vel est aratri moles & pondus ipsum, quod durum ac robustum est: sic *Æn.* 7. 609. *Centum aeri claudunt vœtes, æternæque ferri robora*. Vel est lignum quodcumque, unde aratrum fabricatur: sic enim aliquando *robur* sumitur pro ligno quoque vis durior: infra, v. 175. *Et insperata locis exploret robora iunus*. Sumitur etiam aliquantibus quinque.
 163. Tardaque Eleusina, &c.) Plaustra, quorum rotæ non erant radiatæ, sed instar tympanorum & solidis tabulis, arguè ita axi impactæ, ut una cum eo volverentur. Tali vehiculo simulacrum Cerevis circum agros dicebatur: adhibebatur etiam ferendis aliis oneribus. Eius usus tam in sacris Cerevis, quam in re frumentaria, ab Eleusi, Atticæ urbe, ubi regnavit Colcus, supra v. 19. *Vol-*

- 165 Virgea præterea Cœli viliſque ſupellex,
Arbutæ crates, & myſtica vannus lacchi.
Omnia quæ multo ante memor proviſa repones,
ſi te digna manet divini gloria ruris.
Continuo in ſilvis magna vi flexa domatur
- 170 In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.
Huic a ſtirpe pedes temo protentus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorſo,
Cæditur & tilla ante jugo levis, atque figus,
Stivæque, quæ curruſ a tergo torqueat imos:
- 175 Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus.
Poſſum multa tibi veterum præcepta referre;
Ni reſugiſ, tenuſque piget cognoſcere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci,
- 180 Ne ſubeant herbæ, neu pulvere victa fatiſcat.
Tum variæ illudunt peſtes. Sæpe exiguus mus
Sub terris poſuitque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodere cubilia talpæ:
Inventuſque cavis buſo, & quæ plurima terræ
- 185 Monſtra ferunt: populatque ingentem farriſ acervum

Cur-
Præterea viliſ & viminalia ſupellex Cœli, crates ex arbutis, & ſacra vannus lacchi. Quæ omnia
memoria multo ante parare & ſervare: ſi te ſpectat vera laus beati ruris. Principio in ſilva,
magna vi inflexa ſurgitur ulmus in burim, & capiti formam curvi aratri. Hinc burim jungitur
per imam partem temo extenſus in octo pedes, accommodantiſ ſine aures, & dentalia, quæ habent
duplex dorſum. Amputatur quoque prius tilla levis ad jugum, & ſagus alia. & ſtirra,
quæ rogat poſteriore aratri partem: & fumus probat ligna illa ſuſpenſa ad focum. Poſſum enarrare
tibi multa antiquorum præcepta, niſi noſiſ, & te te deat diſcere minima quæque. Præcipue
oportet complanare aream magno cylindro, & manu tractare terram, & firmare creta tenaci:
ne herbæ neſcantur, & ne area ſiccitate reſoluta rimas agat. Præterea variæ hoſtes nocent. Sæpe
parvus mus facit domum ſub terris, & ſtruit horrea: aut talpæ privati oculis fodiant cubi-
lia: & buſo in cavernis reperitur, & multa alia animalia, quæ terra producit:

N O T Æ.

ventia.) Paſſive ſignificat, ut Æn. 1. 238. Vol-
ventibus annis, id eſt revolūtis, volubilibus.
166. Myſtica vannus lacchi.) Myſtica, id eſt,
in myſteris Bacchi adhibita. Vel quia illis di-
citur cribro impoſuiſſe membra Oſiridis, ſive
Bacchi, a Typhone dilaniata. Vel potius quia
Baccho primitias frugum in vano ruſtici offe-
rebant. De Iaccho, Bacchi nomine, Ecl. 6. 19.
169. Continuo in ſilvis &c.) Aratri deſcriptio.
Ulmus, olmo, aptæ ejus materia. Buris, aratri
curvatura, & præcipua pars aratri, cui cætera
aptantur. Temo, qui ulque ad jugum, inter bo-
ves, aut equos extenditur. Dentalia, quibus
vomer inſigitur & imponitur: dicuntur dorſo
duplici, id eſt, ut vulgo explicatur, lato, & craſ-
ſo: ut G. 3. 87. At duplex agitur per lumbos ſpi-
na: vel quia re ipſa duplex habent latus. Au-
res, annexi circa vomerem aſterculi, quibus
ſulcus amplior fit. Jugum, quo domantur alli-
gati equi aut boves: idque, vel ex tilla, arbore
leviſſima, tiglio, vel ex ſago, ſaggio, de qua
Ecl. 1. 1. Stivæ, pars quam agricola manu tenet,
& ad regendum aratrum, il manico.

174. Curruſ torqueat imos.) Aratrum, quod
quibuſdam in regionibus introitur rotis.
Imos.) Poſteriore aratri partem, quæ id-
circo ima eſt, quia vomerem continet, at-
que ita magis in terram propendit.

175. Explorat robora fumus.) Probatur enim
ſoliditatis ea ſunt ligna, quæ fumo expoſi-
ta rimas non agunt. Supra v. 162.

178. Area cum primis, &c.) Inſtrumen-
tis ruſticis palea annectit præceptum, De parvan-
da ad fruges terendâ area: aja. Cylindro.)
Lapide rotatili & tereti, id eſt, longo ac
rotundo, in modum columnæ, a
volvō.

179. Creta.) Terra argilloſa ac tenaciſ.
180. Pulvere.) Siccitate, quæ pulverem
creat: ita ſupra v. 101. Hyverno latiffima pul-
vere ſerra.

181. Exiguus mus.) Mus ruſticus ac ſub-
terraneus, ſorce. 184. Buſo.) Bota.

186. Curculio.) Vermis frumenta corro-
dens: diſtus quali gurgilio, quia nihil in eo
ſere præter guttur, Gorgoglione.

187. Nuc.)

- Curculio, atque inopi metuens formica ſeneſcit.
Contemplator item, cum ſe nux plurima ſilvis
Induct in ſtorem, & ramos curvabit olentes:
ſi ſuperant foetus, pariter frumenta ſequentur,
190 Magnaque cum magno veniet tritura calore.
At ſi luxuria foliorum exuberat umbra,
Nequicquam pingues palea teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare ſerentes,
Et nitro prius & nigra perſundere amurca,
195 Grandior ut ſtetus ſiliquis fallacibus eſſet.
Et, quamvis igni exiguo properata maderent,
Vidi leſta diu, & multo ſpectata labore,
Degenerare tamen; ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: ſic omnia ſatis
- 200 In pejus ruet: ac retro ſublata referri.
Non aliter quam qui adverſo vix flumine lembum
Remigiſ ſubigit: ſi brachia forte remiſit,
Atque illum in præceptis pronò rapi alveus anni.
Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis
- 205 Hædorumque dies ſervandi, & lucidus anguis;
Quam quibus in patriam ventofa per æquora veſtis
Pontus & Oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Libra

& cunctis, & ſernicia, providens egenæ ſeneſciti, & corrodant magnum cumulum frumentis.
Præterea contemplare, cum in ſilvis multa nux veſteſ ſe foribus, & demittet ramos oliferas:
ſi flores plures ſunt quam folia, ſimiliter frumenta ſuccedent, & veniet magna uberitas
cum magno calore. At ſi rami alſudent nitra copia frondum; ſiſtra conteret in area mani-
pulos, palea craſſos. Ego quidem vidi multos ſatotes condere ſemina, & ſpergere prius nitro ac
nigra amurca, ut gena majora eſſent in ſollicitis vulgo manibus. At licet modico igne mada-
facta proparentur, tamen vidi ea, diu electa, & magna cura explorata, degenerare: niſi bo-
minum induſtria ſingulis armis eligeret maxima quæque grana. Sic vidi omnia vi ſatorum abire
in pejus, & retro acta converteri. Perinde ac ille, qui contrario flumine ægæ impellit remis cym-
bum: ſi forte remittat brachia, ſtatim impetus rapit illum in profuentem, qua propendet furvus.
Præterea, noi agricola, tam debemus ſtellam Arcturi obſervare, & dies hædorum, & ſplen-
didum draconem; quam ii qui, veſti in patriam per ventioſum mare, exponunt ſe Helleſpon-
& ſteto Abydi oſtriferi.

Quar-

N O T Æ.

187. Nuc.) Nucis variæ ſunt ſpecies:
195. Fallacibus.) Vulgo enim leguminum
folliculi, laxiores & ampliores, minima
grana continent.

190. Titura.) Terendi actio, & hic pro
fertilitate uſurpatur: ubi enim multæ tru-
ges, ibi multa opus eſt tritura.

192. Pingues palea.) Alii legunt palea: &
referunt ad culmos, palea culmos: melius alii
cum Servio palea in ablat. & referunt ad
pingues; ſenſuiſque eſt, culmos, non granis
& fructu, ſed inutili palea pingues fore.

193. Semina vidi, &c.) Aliud addit præ-
ceptum, De ſeminum cura. Qua de re duo
conſult, medicationem, & majorum ele-
ctionem ſeminum, ſed illud magis.

194. Et nitro prius, &c.) Nitrum, ſiccus
calidæ naturæ, ſali aſtibus, frequens in ea
Ægypti regione, quæ inde Nitria vocata eſt.
Fitique, vel Nilii aqua, vel pluvia Solis ardore
concocta lapidibus in modum. Vulgo ſal pe-
træ dicitur, ſalnitro; ſed male. Amurca, læ-
tis

ces olivarum, ſive ſedimentum & ſordes olei:
195. Fallacibus.) Vulgo enim leguminum
folliculi, laxiores & ampliores, minima
grana continent.

196. Propriata maderent.) Maderunt propter
humorem vi caloris eductum: atque ita
heri dicitur, ut citius creſcant ſemina.

203. Aquæ.) Hic ſignificat ſtatim, ut ex-
plicat Gellius l. 10. 29.

204. Præterea, &c.) IV. PARS. De tempo-
ribus operum ruſticorum. Monet tam eſſe agri-
colis obſervanda ſidera, quam nauis: ea præ-
fertim quæ tempeſtates cient, ut Arcturus, de
quo v. 68. Hædi: ſtella duæ in humero auri-
gæ, ſive Erichthonii. Anguis, nempe ſepten-
trionalis: nam triplex eſt; unus ad ſepten-
trionem, alter in Ophiucho ſub æquatore cir-
culo, tertius ad Auſtrum: de ultimo hic ſer-
monem eſſe putat Servius; de primo cæteri
omnes, quia nobis magis eſt conſpicuus.

207. Pontus & oſtriferi, &c.) Perique Pon-
tum intelligunt Euxinum, latiffimum illum
maris

- Libra die somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium lacti atque umbris jam dividet orbem:
210 Exerce te, viri, tauros, ferite hordea campis,
Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Nec non & lini segetem & Cereale papaver
Tempus humo tegere, & jam dudum incumbere aratris:
Dum sicca tellure licet, dum nubila pendunt.
215 Vere fabis satio: tum te quoque, Medica, putres
Accipiunt fulci, & milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus, & averso cedens canis occidit astro.

At

Quando Libra fecerit horas diei & noctis equales, & jam distuluet medium mundum lacti ac
tendit: exerce te tauros, o agricolæ, seminare hordea in agris, usque ad ultimas circiter plu-
vius duræ brumæ. Tempus quoque est abscondere terra segetem lini, & papaver Cerealis, &
quæ proximè incumbere aratris: dum terra sicca id permittit, & nubes pluviz: responsæ sunt.
Vere fit sementis salarum: tunc etiam sulci molles excipiunt te, o Medica, & recti annus cul-
tus milii, quando taurus fulgens auris cornibus incubat annum, & canis occidit, dans locum
fideri retrogrado.

N O T Æ.

maris sinum, inter Propontidem & Mæotidem
paludem. Ego de Helleponto accipio, *stretu*
di Gallipoli, cujus in angustissima parte duæ
sunt arces, mille passuum trajectu distitæ:
Sestos in Europa, *Alydos* in Asia, *si Dardani-*
ram, sed illius tempestatis eos eligi dies, qui
h. Torum illud litus offuscet terræ, unde En-
nius: *Mares sunt Æti, ass' ipsa ostrea pluvina*
Alidæ.

208. *Libra die, &c.* I. Præceptum, De
satione hordei, lini, papaveris. Ab æquinoctio
autumnali, sive principio hibernæ, ad extremos
utrinque hibernæ dies. Ubi brumæ, non pro tota
hyeme, sed pro hyberno solstitio ponitur,
quod cadit in extremum Decembrem, atque
ita Virgilium explicat Plinius l. 18. 24. *Die.*
Diet: antiquorum more, qui sic genitivum il-
lum essebant. Probat enim exemplis Gellius
lib. 9. 14. ab his dictum esse, *hujus dies, hujus*
diei, hujus diei, quod nunc est, *hujus diei*.

212. *Cereale papaver.* Sicut dicitur: vel quia
inventum a Cere, juxta Eusebium de Præ-
par. Evang. l. 3. Vel quod eo Ceres usæ fuerit,
ad oblivionem doloris de amissa Proserpina;
juxta Servium. Vel quod simulacra Cerealis
illud in manu gestarent; juxta Brodæum &
Turneb. Vel quod frequens nascatur in segetibus,
quæ, in Cereis tutela sunt, juxta Pro-
bum. Vel potius, quia papaveris candidi se-
men totum in secunda mensa cum melle apud anti-
quos dabatur. & panis rusticus crusta eo inspergebatur:
juxta Plin. l. 19. 8. idque ad delicias &
famem excitandum: unde *vescum papaver*,
papaveris, id est edule dicitur G. 4. 137.

214. *Dum sicca tellure licet, &c.* Plerique
post Virgilium interpretantur: Antequam plu-
dum imber imminet, necdum venit pluviosa
tempestas. Ego sic: Quoties, in illa ipsa
pluviosa tempestate, terra erit paulo sic-
cior, & imber suspensus. Et vero poera sa-

tionem illam assignat Autumno, cujus ulti-
ma pars pluviosa est: eademque sationem
profert usque sub extremum brumæ imbrem: non
igitur subter præveniri tempestatem imbrife-
ram; sed illius tempestatem eos eligi dies, qui
fieri magis ac ferent erunt.

215. *Vere fabis, &c.* II. Præceptum, De
tempore serendæ fave, medicæ, milii, Medice,
herba est, in Græciam a Medis advecta, per
bella Persarum, quæ Græcis Darius intulit:
similis trifolio, optimum animalium pabu-
lum, *span* Aristoteli, o *sen* di Borgogna; semel
sata, dicitur durare tricenis annis a Plin.
l. 18. 16. Unde hic opponitur milio, Ital. *mi-*
glio, cujus est annua cura, quia singulis annis
serendum est.

217. *Candidus auratis, &c.* Tempus illius
sationis assignat, non initium veris, sed ver-
jam adultum: quando *Camicula* sive *Sirius*,
quæ stella est in ore canis majoris, occidit
aromæ cum Sole, apud Taurum tunc exis-
tente: id est, quando Sirius descendit infra
horizontem nostrum occidentalem, eodem
momento, quo Sol in tauro existens infra
eamdem horizontem descendit. Hic est enim
occasus *aromæ*, ab *aromæ* extremus, & *aromæ*
nox; quia fit in primo noctis termino, seu
initio. Porro occasus ille canis exoritur Apri-
li tunc contingebat, nunc multo tardius.

Aperit cum cornibus annum Taurus. Annum
fuisse apertum ab *averte* sive mense Martio, vul-
gare est; Virgilius tamen aperiri ait a tauro,
sive mense Aprilis: vel quod repperit ad ety-
mon Aprilis, qui ab *apertendo* dictus est, quia
tunc aperiuntur omnia molliori tempestate:
vel quod, ut ait Jos. Scaliger, locutus sit ex
mente Hesioidi & Boeotorum, qui annum suum,
non ab ortu arctis, sed ab ortu Vergi-
liarum sive Pleiadum in tauro, inchoabant.

Auræ.

- At si triticeam in messem robustaque farra
220 Exercebis humum, solisque instabis ariflis:
Ante tibi Eoz Atlantides abscondantur,
Gnosique ardentis decedat stella coronæ;
Debita quam fulcis committas femina, quamque
Invitæ properes anni spem credere terræ.
225 Multi ante occasum Maiz cœpere: sed illos
Expectata seges vanis elusit ariflis.
Si vero viciamque feres, viliemque safelum,
Nec Pelasiaz curam aspernabere lentis,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes:
230 Incipe, & ad medias sementem extende pruinas.

Idcir-

Quod si præparas terram ad segetem tritici & far robustum, & soli frumento intentus es: Plei-
ades tibi occidentales manine, & ardens stella coronæ Ariadnes recedat prius, quam deponat in
sulcis semina debita, & quam properes committere spem anni terræ resignant. Plurimi incau-
perunt ante occasum Pleiadum, sed messis sperata sefellit eos manibus suis. Si autem seminas
triticam, & viliem safelum; neque designaris curam lentis Egyptiæ; Bootes occidens dabit ti-
bi signa non dubia: incipe tunc, & profer sationem usque ad mediam hyemem.

Ideo

N O T Æ.

Auratis cornibus. Stigelius alludi putat
ad morem Romanorum, qui triumphalium
taurorum cornua inaurabant. Ego sic dici
puto, quia lucidissimam in utroque cornuum
acumine stellam taurus gerit; alteram se-
cundæ, alteram tertiæ magnitudinis.

218. *Averso cedens canis occidit astro.* Ita
corrigit MSS. N. Heinsius, cum antea
legeretur, *adverso*, diffideli & ambiguo sen-
tu; coronam Bacchus, sive juxta alios ipsam
Ariadnen, in cœlum transfudit.
222. *Gnosia.* Cretica. *Gnosus* oppidum est
Cretæ insule, in qua regnavit Minos pater
Ariadnes: quæ a Theeo raptâ, ab eodem scilicet
in insula Naxo, nuptis deinde Baccho:
na accepisset, imprimisque coronam a Vene-
re; coronam Bacchus, sive juxta alios ipsam
Ariadnen, in cœlum transfudit.
223. *Decedat.* Non a nobis, quibus tunc incipit
fieri conspicua ante ortu Solis, sed a Sole, cui
antea cum esset vicinior, nobis manere non
apparebat, quia tunc ejus nimia luce debebatur,
non prora.

219. *At si triticeam, &c.* III. Præceptum,
De tempore serendæ tritici & farri: quæ di-
cuntur robustæ: tum quia frumenta omnia
multo plus habent, quam legumina virium;
adeoque terram exigunt multo pinguiorem:
tum quia inter ipsa frumenta primum locum
tenent far & triticum.

221. *Ante tibi Eoz, &c.* Tempus illud
assignat ex duplici indicio: nempe post oc-
casum *cosmicum* matutinum Pleiadum, &
ortum *heliacum* matutinum Bootes septent-
rionalis: id est, quando Pleiades descendunt
infra horizontem nostrum occidentalem; eo
momento, quo Sol ascendit supra horizon-
tem nostrum orientalem, & quando corona
septentrionalis satis distat a Sole; ut possit
expedire se & fulgere Solis, & paulo ante
ejus ortum in horizonte orientali apparere:
quod utrumque contingebat Virgiliis ætate
sub extremum Octobrem, nunc autem lon-
ge tardius. Occasus *cosmicus* dicitur, a
cosmos mundus: ortus *heliacus*, ab *heli* Sol.
Atlantides. Pleiades, Vergiliz, v. 138. *Eoz.*
Non orientales hoc loco, quia agitur de earum
L mens-

Ideirco certis dimensum partibus orbem
 Per duodena regit mundi Sol aureus astra.
 Quinque tenent cælum zonæ: quarum una corusco
 Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni:
 235 Quam circum extremæ dextra lævaque trahuntur,
 Cærulea glacie concretæ atque imbribus atris.
 Has inter mediamque duæ mortalibus agris
 Munere concessæ Divum, & via secta per ambas,
 Obliquus qua se signorum verteret ordo.
 240 Mundus ut ad Scythiam Riphæasque arduus arces
 Conspurgit, premitur Libyæ devexus in Austros.

Hic

Ideo Sol aureus gubernat, per duodecim mundi signa, orbem distributum in certas partes. Quinque zonæ occupant cælum, quarum una semper rubet fulgente Sole, & semper incalcescit ab ignis ardore. Circa illam, ad dextram & ad sinistram duæ ultimæ ducuntur: videntur glacie cærulea, & nigris pluvii. Inter illas & mediam, duæ beneficio Deorum datæ sunt miseris hominibus: & orbita scissa est inter has duas, qua ordo duodecim signorum oblique se roboreret. Sic ut mundus sulcatus altissimis versus Scythiam, & montes Riphæos, ita deprimitur inclinans in Austrum Africæ.

Hic

N O T Æ.

mensis Decembris priorem esse; secundam circa mensem Januarii; tertiam circa Martium. Igitur primæ rationi convenit occasus Arcturi, sive Bootæ, æronycus; tertiæ colmicus. Huius itaque, & proxime consequentis versus, hic sensus est: Incipe primam rationem a casu æronycico Bootæ, mensis Novembris; & extendere, sive remittere secundam rationem usque ad mediam hyemem, mensis nempe Januarii. Tertiam rationem mensis Martii, quæ convenit cum occasu Bootæ æronycico, videtur poeta non admittere. De Arcturo, v. 68. De Boota, in quo Arcturus est, v. 128.

235. Quinque, & C. Zona. Zona, Latine circum, sicut: quintuplex est: sic dicta, quia mundum zonæ instar circumcingit. Media torrida, inter utrumque tropicum comprehensa, semper itineri subiecta Solis, qui nunquam ex ea excurrit: extremæ duæ frigidæ, circuli polaribus poliisque definitæ: duæ temperatæ, inter torridam & frigidam hinc inde interjectæ.

238. Via secta, & C. Zodiacus, circulus obliquus, in quo duodecim signa cælestia spatii æqualibus descripta sunt. De eo ista quinque notanda. I. Dividitur in partes, sive gradus 360. signa singula in gradus 30. e quibus utrum circiter gradum singulis diebus motu proprio Sol conficit, ab occidente in orientem procedendo; atque ita uno circiter anno duodecim signa decurrit. Interea dum communi motu, qui raptus dicitur, ab oriente in occidentem procedendo, quatuor & viginti horarum spatium orbem terrarum circumfert. II. Signorum ordo & nominibus suis descriptus. Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo, Libraque, scorpius, arcturens, caper, amphora, pisces. Qua

quia maxima ex parte animalia sunt, hinc circulus zodiacus appellatur, a zōōn, animal. III. Mensi Martio respondet aries: in quem ingredi Sol dicitur circa viginti Martii, signumque totum decurrere, usque sub viginti finem Aprilis: quo tempore in tauro transit: atque ita fere de cæteris. IV. Obliquus dicitur, quia non distat æqualiter a polis: sed per zonam torridam transversus, utrumque tropicum attingit, & æquatorum circulum bis fecat. Attingit in primo gradu cancri tropicum septentrionalem, qui inde tropicus cancri dicitur, attingit in primo gradu capricorni tropicum meridionalem, qui inde vocatur tropicus capricorni. Secat æquatorum in primo gradu arietis, & in primo gradu libræ. V. Cum Sol pervenit ad tropicum cancri, circa 21. Junii, tunc nobis est æstas summa, sive solstitium. Cum ad tropicum capricorni, circa 21. Decembris, tunc hyems summa, sive bruma: sique tropici dicuntur a tropico verbo; quia Sol quando eorum alterum attingit, ad alterum vertit cursum. Cum vero Sol pervenit ad sestionem arietis, sub 20. Martii, tunc est æquinoctium vernalium: cum ad sestionem libræ, 23. Septembris, tunc est æquinoctium autumnale.

240. Mundus ut, & C. Nunç de polis differit: qui sunt puncta duo, circa quæ mundus volvitur, a polo verbo, unde a Latinis vertices appellantur. De iis tria dicit, I. Duos esse, nempe Borealem, & Australem. II. Borealem semper a nobis videri, Italiam, Galliam, & C. Australem nunquam a nobis videri: sed ab iis quoque appellamus antipodas: Virgilius manes profundas, ex ignaræ veteratis mente, quæ sedem illam inferis tribuebat. III. Utrūque poli describit Borealem

Hic vertex nobis semper sublimis; at illum
 Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.
 Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis
 245 Circum, perque duas in morem fluminis Arctos:
 Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.
 Illic, ut perhibent, aut intempesta fiet nox
 Semper, & obrenta densantur nocte tenebræ;
 Aut redit a nobis Aurora, diemque reducit:
 250 Nosque ubi primus equis orions afflavit anhelis,
 Illic fera rubens accendit lumina Vesper.
 Hinc tempestates dubio prædicere cælo

Postu-

Hic polus semper nobis altus est: sed illum Styx nigra, & umbra inferna videt sub pedibus. Ad polum superiorem maximus draco volvitur flexu sinuoso, in modum serpii circa polum, & inter duas urfas: urfas, quæ tenent lavari equis Oceani. Ad polum inferiorem, aut profunda nox semper fiet, ut ajunt, & tenebræ densantur ossis nocte: aut Aurora, a nobis recedens, illic revertitur, & refert lucem; & cum primus orionis nos afflavit equis anhelantibus, illic rubens Hesperus accendit sidera serotina. Ex his possumus prædicere tempestates, cælo incerto

N O T Æ.

Iem quidem a cælestibus signis, quæ inde apparent, dracone præsertim & urfa gemina: de Australi, utpote ignoto, conjicit, aut Solem a nobis recedentem illuc abire, aut illic noctem esse perpetuam.

240. Scythiam, Riphæasque arduas arces. De Scythia, per quam intelligit partes mundi septentrionales. Ecl. 1. 66. Arces. Montes ab ætate summus. Sic G. 4. 471. Flerunt Rhodopæ arces. Riphæi. Montes Sarmatiae Europææ, nunc Moscovitæ: porrecti versus Oceanum Scythicum, ad usque ostia Obii fluvii: a quibusdam nunc appellantur Stolp.

243. Libyæ devexus in Austrum. Partes meridionales designat per ventum, qui inde flat, Austrum: de quo Ecl. 2. 58. Deinde per ipsam Libyam, terrarum antiqui orbis versus polum illum remotissimam. Certe Libyæ vulgo apud veteres pro tota Africa sumitur, a Libyæ Epaphi filia, quæ huic nomen suum dedit: proprie tamen Africa pars est ea, quæ mari mediterraneo, Ægypto, Tripolitana regione, & Æthiopia circumcluditur: nunc regnum & desertum Barca.

243. Styx atra, & C. De Styge inferorum fluvio, aut palude, Æn. 6. 323. De Manibus sive umbris, lb. 743.

244. Anguis, & C. Sive draco, custos orti Hesperidum a Janone constitutus, & ab eadem in cælum translatus, cum ab Hercule occisus esset, Ecl. 6. 67. Is circa polum vertitur: & majorem partem cauda attingit, minore corpore complectitur.

246. Arctos, Oceani & C. Urfas geminas, quæ nunquam descendunt infra horizontem nostrum: quia viciniore polo septentrionali, qui semper nobis desortitur: ideo dicuntur

nusquam æquore tingi, id est, nusquam occidere: more poetarum, qui Solem & astra, cum occidunt, in Oceanum decumbere fabulantur. Ovidius vero Fast. 2. 191. de majore urfa causam affert, odium lunonis: quæ cum eam in cælum admittam doleret, Tethyon rogavit, ne unquam aquis eam lavari permitteret. De Arcto utraque, v. 138.

Metuentes æquore tingi. Id est, nunquam tingendas. Est familiaris poetis locutio. Sic Horat. Od. 2. 2. Illum agit penna mæuæ serpsit Iama superbes: id est, nunquam solvenda.

247. Intempesta fiet nox. Quasi intempesta & ad agendum incommoda: definit enim eam Varro lib. 5. L. L. cum tempus agendi est nullum.

249. Aurora. Titanis & Terræ filia, Memnonis mater ex Tithono, Laomedontis Trojani regis filio, quem sic amavit, ut eum senex herbarum virtute ad juvenentem revocaverit. Amavit & Cephalus. Roscos ei digitos tribuit Homerus; quibus aperire diem & Solem præcurrere dicitur. Idque hoc colorem lubrum tunc & aureum, in quem definit sæpe matutinum crepusculum. Unde & Aurora vocata est, ab auro, juxta Varro nem.

250. Equis orionis afflavit, & C. Sol perfudit halitu & afflavit equorum, qui quatuor ipsi a poetis assignantur: Pyros, a igni; Eous, ab Æo Aurora; Ethon, ab æthæra; Phlegon, a ignis conbulo.

251. Accendit lumina Vesper. Vesper, prima stellarum apparet sero, unde cæteras dicitur accendere. De eo, Ecl. 6. 88.